

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Et Docta Divi Alchimi Aviti Viennensis  
Archiepiscopi, & Claudij Marij Victoris Oratoris  
Massilie[n]sis, poëmata, aliaq[ue] non poenitenda**

**Avitus, Alcimus Ecdicius  
Marius Victor, Claudius**

**Lvgdvni, 1536**

Capvt VI.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12149**

Vt maior sic iure tuo subiectus amoris:  
 Cui iuncta es pulchram vt reddas in tempore prole,  
 Vobis digna datur paradisi in vertice sedes:  
 Vos subiecta tremit famulans substancia mundi:  
 Quod coelum, quod terra creat, quod gurgite magno  
 Producit pelagus, vestros confortur in usus.  
 Nil natura negat, datur ecce in cuncta potestas:  
 Non equidem inuideo, miror magis: & tamen ista  
 Cur Deus inuidit uobis ex arbore fructus?  
 Scire velim quis dira iubet, quis talia dona  
 Inuidet, & rebus ieunia miscet opimis,

## C A P V T

## V I.

*Cur praecepit uobis Deus ut non comederetis ex omni ligno paradisi?*  
*Genes. 3.*  
*Apostrophe ad Euam.*

**H**ic male blanditiam fixerunt sibila vocem.  
**Q**uis stupor o mulier mente caligine clausit  
 Cum serpente loqui: verbū committere bruto  
 Non pudet vt vestra presumat belua lingua:  
 Et monstrum pateris, responsumque insuper addis:  
 Ergo ubi mortiferum seductilis Eua venenum  
 Auribus accipiens, cladi consensit iniquae:  
 Tunc ad serpentem vano sic ore locuta est.  
 Sua uibus o pollens coluber dulcissime verbis,  
 Non vt rere, Deus nobis ieunia suasit:  
 Nec prohibet largo curari corpora pastu.

c 4 Ecce

Ecce vides epulas totus quas porrigit orbis:  
 Omnibus ijs licite genitor promptissimus ut  
 Præstítit, & totas esu laxauit habenas:  
 Hæc sola est nemoris medij quā perspicis, arbor  
 Interdicta cibis, hęc tantum tangere nobis  
 Poma nefas; diues præsumit cætera victus  
 Quod si libertas temerarit noxia legem,  
 Iurans terribili prædixit voce creator,  
 Quadam nos statim luituros morte reatum.  
 Quid uero mortem appelleat, doctissime serpens  
 Pande libens, rudibus nobis incognita res est.

## C A P V T

## V I I .

**C**Allidus ide draco, & lœti tū spōte magister,  
 Interitū docet; & captas sic fatur ad aures.

**N**equaquam  
morte morie  
 muni. Gene. 3. Terroris vacuū formidans foemina nomen,  
 Nequaquā vos dira manet sententia mortis,  
 Sed pater inuisus fortē non contulit æquā;  
 Nec vos scire dedit, sibimet quę summa referuat.  
 Quid iuuat ornatū comprēdi aut cernere mūdū,  
 Et cæcas misero conclūdi carcere mentes?  
 Corporeos pariter sensus, oculosq; patentes  
 Et brutis natura dedit; sol omnibus vnuis,  
 Seruit, ab humano nec distat belua visu.

Consiliū